



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**S. Kiliani Franciae Orientalis, Qvæ Et Franconia Dicitvr;
Apostoli, Gesta, Varijs cum notationibus historicis,
dogmaticis**

Serarius, Nikolaus

Wirceburgi, 1598

VD16 S 5993

XIX. Qui sacri libri sacris cum corporibus defoßi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64132)

ideoq; rectissimè hac ad eum oratione, sanctus noster usus est. *Fili mi, quem per Euangelium CHRISTO genui, gaudeo valdè profectu fidei tuæ, sed multum mouet me, quod illicitis nuptijs teneris implicatus: nec mediocriter formido, ne à recto itinere tali coniugio retarderis. Legitur enim in sapientissimo Salomone, Qui in vno offendit, multa bona perdit. Iacobo Apostolo illi subscribente, dum ait. Qui totam legem seruauerit, offendit autem in vno factus est omnium reus. Porro in Baptismate innouatur homo, idq; non ex quadam sui parte, sed totus. Vt autem totus innouari possit, nihil pristini erroris retinere debet.*

Ecclesi. 9.

c. 2.

XIX.

QVI SACRI LIBRI SACRIS CVM
CORPORIBVS DEFOSSI.

Rrant sacrarum literarum libri, Catecheson, precationum, rituumq; Christianorum, è quibus sacra faciebât, & superest adhuc hodie, in prima vrbe huius æde, sacer Euangelij Codex, quo sanctissimi martyres vsi sunt. Scribunt Centuriatores, & non ita pridem Arnoldus Wion, ab illo vnum contra peregrinos cultus volumen conscriptum. De quo, hac in Ecclesia, neq; legendo, neq; interrogando cognoscere quidquam vsque potui. Leslæus strenuè ipsum hæreticis restitisse affirmat. Sed hoc, etiamsi librum nullum scripserit, fieri potuit. In Maguntiacensi volumine, sic. *Illorum capsæ, & crux, & euangelium, aliq; Pontificalia vestimenta, simul cum illis in sepulchro posita sunt.*

cent. 7. c. 10.
2 p. ligni vi.
ca. c. 35.

XX.

QVAE BVRGVNDA MARTY-
RVM CORPORA SEPELIENS.

Retaret quis esse gentis hodie non ignotæ, quam à Burgis dictam ait Orosius, fœminam quam-
piam, sed videtur potius nomen esse proprium. Fuit

l. 7.

enim